


✠ ✠ ✠ Lectori meo S. ✠ ✠ ✠



Nihil me fugit, LECTOR, in hoc conatu meo: quem vides, varia mihi parata iudicia, multiplices sermones; siue illorū, qui aversa sunt à me voluntate, eos intelligo, qui prauis opinionationib⁹ imbuti: siue aliorū, qui animo mihi cōiunctiores. Quod & vitium amoliri suspiciunculas quasdā, & causas infimul facti mei reddere, prouidē & in antecessum. Est igitur Veritas quædam, tam illustris & perspicua, vt eam nullę verborum rerum ūe pręstigię pelsint obnuere, ait alicubi Cicerō. Hanc vnā causam p̄ me sperare me facit, ita sit opro, fore vt benignior accipias, si audentius fors in me videbor paruus David, contrā tot tam magnę molis Gigantes, ipsum Gressos vt Poëta ait.

----- Manibus magnum rescindere cœlum ----- h. e. vt interpretabuntur nonnulli, brachium dirigere cōtra imperitię dicam an superbie torrentem. Est alia etiam. Diu iam est cum conuictiōs antistites nostros, noui verbi noui Miseri in suis Capitolij lapidant: cū clauas Herculis (sic enim pastoricum pedum profuā appellant modestia) & virgas tyrannidis Azur crepant, de spumā bilis nati homines: vicem illis reponere visum est, & pastoricum pallium, quo vt Cuman⁹ Philosophus Leonis exuujs, sic illi inter damas & leues capreas supbūt, decerere. ἰδὲ ῥοδὸσ, ἰδὲ πῆδ' ἡμα. Congrediantur si tantus amor, & cum πτόρωδεν iam diu multumq; pugnarint, συσάδην confligant, & pedem figant aduersarijs, ad pressam illam & strictam Dialecticorum semiram, ne illud audiant,

κλεπτῶν γὰρ ἢ νίξ, τῆσ δ' ἀληθείασ τὸ φῶσ.

Nam clamoribus quidem nunquam illos est vincere. Ministrum ē cathedrā fulminantem in Catholicos audias,

Tot pariter pelues & tintinnabula dicas:

Tubis nihil ac ære opus sit: vnus vt Iuuenalis iocatur,

----- laboranti poterit succurrere Lunæ, tanta verborum cadit vis. Spero acquiesciturum. Sin, nihil dico amplius, postulatus sum, protractus in certamē, sponcione interpositā. Boni mihi testes, qui in tersuere; qui iuxta mecum Villensem illi in Pseudopiscopum risere. Abicctio clypeo fugere, Vlyssē agere turpe mihi duxi. En illis qui minimum contrā tollat, & illud in Mezentios illos Æneæ vsurpet.

Sic pater ille Deūm faciat, sic altus Apollo;

Incipant conferre manum ----- Cui voto meo vtinam respondeāt ministri: tu valeas Lector, & primitijs his meis faueas, hoc mihi modo ad maiora futurus, & meliora protelum. Nam de me nihil puto opus est, vt multa dicam. Vixi inter eos, & vixi non obscurus, quod vel thesium tibi titulus dicit: sed vixi, vt in Epicuri libris Seneca, corpore non animo: sed ne illo quidem, cum primitijs ex eorum libris, secreta illa Cereris Geneuensis sacra plenius cognoui. De quo alibi libellus. Iterum vale.

AD ILLUSTR. AC MAGNIFICVM D. D.

ANDREAM ZAWISZAM IN BAPTIS
SVPR. M. D. L. THESAUR. ET NOTAR.
CAPITANEVM RVDNICENSEM.
&c. &c. &c.

Dominum suum clementem.


¶ VÆ de Vocatione Ministrorum Euangelicorum,
¶ **Q**uis dispersa variè et quasi errantia, sub vnũ hoc, diebus
¶ hisce coëgi & collegi veluti signum: ea allegare
¶ ad te volui, Illustris ac Magnifice Dñe. Volui,
¶ imo debui, vt à bono nomine Iustrum olim censores: sic
¶ ego à tuo exordiri scriptionum hanc mearum telam. Re-
¶ ligio me iussit, pro qua pugna hinc mihi, cui? vnus tu eximie
¶ inter Lithuaniae proceres intelligens, & quia intelligens,
¶ amans: Virtutes porro tuæ, quæ publicæ, quæ priuatae:
¶ quæ in prælustri ab amantissimo tui Rege collocatae ho-
¶ noris loco, illustrentur magis, an illustrent, in ambiguo est:
¶ & illustrent potius, Astra, aiunt Philosophi, & illas cœli fa-
¶ culas agere quidem et vim exerere suam in inferiora hæc,
¶ ceterum nihil recipere ab ijs, aut, vt signatius loquuntur il-
¶ li, pati. Simile hinc est. Auctiorem tu reddere potes, qui
¶ in te confertur, honorem: non te ille. Anni iam labuntur,
¶ cum ad illud es munus admotus, in quo versari sine prola-
¶ phone supra hominem esse propemodum, is Philosophus
¶ censet, qui solus iam Philosophus audit. Tu ita tractas, vt
¶ quod admirabile sit, effugeris non querelas solum bonorũ,
¶ sed etiam calumnias improborum. Nempe Regiæ in ma-

gna & diffusâ Lithuania' gazæ præes & thesauro, ipse
 thesauri præter eum, qui à Virtute est, & virtutis germa-
 na prole verâ Gloriâ nullius appetens, Fabricius patriæ tug
 aut Curius. Quæ vel vna te Virtus tua', vt illæ in te sint
 nullæ, quæ maximè tamen sunt, Rerumpubl. moderatrices
 duæ, togata prudentia, sagata fortitudo, merito apud om-
 nes bonos in verissimâ nominis laude ponit. Et hæc in
 publicum spectant: sunt alia abstrusiora, et vt sic dicam Peo-
 natium tuorū: erga Deum RELIGIO: in moderandis cupidi-
 tātibus et regendis animi motibus Temperantia: in vsu pec-
 cuniæ Liberalitas: Altitudo animi in capiendis incommo-
 dis: in literas Amor: de quibus cum dicere me admiratio
 mea iubeat, vetat modestia tua, cui pareo: & vt sacra reli-
 gioso cum silentio spectamus, quàm plausu: sic illa veneror
 quàm exequor, adoro penè dicam, quàm adorno h. e. om-
 ninò taceo. Illud peto potius demissè & supplex, ÆQVVS
 cum aduersus munus hoc meum, tum me ipsum sis, vt vetus
 habet formâ, et BENIGNVS. Res non est tanti fateor: et
 maiora tuo nomini debētur, sed tu, quæ humanitas est tua,
 ex dantis animo rem metieris, non sui precio. Solent ferè
 Pictores operum suorum Ichnographiâ exhibere primū,
 & rudes lineas quasdâ, quibus viuos deinde colores quasi a-
 nimam inducant. Hoc me fecisse puta: et hæc quasi tabellam
 sponsoriam, obtulisse interim, donec veram, et legitimam
 aliquando, ad aram vt sic dicam, VIRTUTIS Tuxæ suspendâ.
 Vale vir Illustris, ac Magnifice patriæ diu superstes: quæ ni-
 si per colūnas eiusmodi stat, ruit. Vilnæ prid. Non Iun. 1603.

Illustris Vest. Mag.

Humilimus Cliens.

QVIRINVS CNOGLERVS.



THESES I.



MINISTRI, QUI EVANGELICOS se appellant, sintne legitimi ac veri pastores, inter ipsos etiam eorū asseclas in ambiguo est: vt ex eo satis libello constat, quem in eos Antonius Sadeel Geneuensis Caluinista edidit, qui in hoc solo, vt

ipse loquitur, capite ab Ecclesijs reformatis dissentiūt.

2.

Et certè Laicos esse se, ipsi Ministri, si nō verbis, at re fatentur: cū vt à Laicis, a imò fæmini & infantibus (his enim ad **ORDINANDVM** Ecclesiasticas b personas iurisdictionem iureiurādo interposito Angli sanxerunt) imò Rege quouis cuiuscunq; religionis, Caligula, Cōmodo, c Salmanasare, Dario, d pastores creantur, (Ecclesiæ enim eorum hæc sunt capita:)& vt è Laicis promiscue, è seruis, e textorijs bus, circumforaneis, chirothecarijs, f (illorum verus bis vtor) ad ministerium admittuntur: ita, cum libet, ab eodem, & facilius quàm quouis rerum ciuiliū ad minister, Luthero g Cinglio h quib. Muscul⁹ i accedit, testibus, deijciuntur, & ad pristina redeunt: maiores suos hac in re Valentinianos, Marcionitas, &c. imitati, qui vt Tertul. k habet, & Epiph. l commemorat, Laicis sacerdotalia munera iniungebant, ordinationesq; ita temerarias, leues & inconstantes

A habuere,

- a Luth. in lib. de potest. Pap. & lib. de Inst. Minist. ad Boëm. Cal. 4. Inst. c. 3. § 15. Magdeb. cēt. 1. lib. 2. cap. 4.
- b Vide Resp. ad Iustic. Britā. c. 1. § 10. & ant Elizab. 1. ca. 1. Witgiff. cō. Car. trac. 8. c. 3. § 23. & tr. 20 diu. 2.
- c Luell. repl. 1. cont. Hardingū. art. 4. § 9.
- d Musc. in Loc. ca. de Magistratu.
- e Cart. repl. 1. cōt. Witgiff. p. 26.
- f Hollinshe. descr. Britan. lib. 1. c. 5.
- g Luth. tom. 2. de Minist. Ec. fo. 662 et li. de capt. Baby. c. de Ordī.
- h Cingl. tom. 2. de vera & fals. reli. c. de cla. et tō. 1. ar. 67
- i Musc. in loc. c. de Minist.
- k Tertull. lib. de prescrip. c. 41.
- l Epiph. hæc. 42. & 49.

habuere, vt alius hodie Epifop⁹ fuerit, cras alius, hodie
Diacon⁹, cras Lector, hodie Presbyter qui cras laic⁹.

3.

Ceterum clariffimè illud ex eorū Vocatione per-
cipitur, quam non aliam illi profectò poffunt præ-
texere, quàm Nouatianus olim, qui Cypriano teste, ne-
mini fuccedens à feipfo ordinatus eft: m aut Victor
Garbenfis Donatifta, quem filium fine patre, tyronem
fine principe, difcipulum fine magiftro, Optatus appel-
lat, n aut Ifchyas, quem ab arā abftroxit Athanafis,
o aut, vt ad facras illos literas ablegemus, quàm in ve-
teri testamēto illi, quos de extremis populi sacerdo-
tes Ierobaam fecit, p quàm Sedechias, q Baalis Sa-
cerdotes: x in nouo ñ, qui Antiochenos, r Corin-
thios, t Galatas u auertere à veritate conati funt.

4.

NAM cum Vocatio (latè enim hic Vocationis vo-
cabulum, prout institutionem Ecclesiæ ministro-
rum in genere dicit, vsurpamus) tria contineat, quæ D.
complectitur Apostolus cum ait, x O. Pontifex ex
hominibus adsumptus, constituitur in his quæ ad
DEVM funt, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis;
ELECTIONEM, sc. quæ nihil nisi designatio est
certæ personæ ad Ecclesiæ perfecturam, ORDINA-
TIONEM, quæ sacra cerimonia, quâ certò ritu futu-
rus pastor consecratur. MISSIONEM, quæ Iuris-
dictionem tribuit, & reipsâ præfulem & sacrorum an-
tistitem facit; hisce tribus illi, duobus maximè posteri-
oribus, quibus, vel solis tamen vel præcipuis, veri pas-
toris continetur auctoritas, destituti funt.

x Ad Hebr. c. 5. v. 1

5. Quid

Quid enim? Vt ab ordinatione ordinar; & manuum impositionem, essentiali ordinationis partem y y 1. Timot. 5. v. 22. cui gratiam Apostolus ipse adscribit, z vel tollunt omnino, vel liberam & indifferentem faciunt: a & ne z 2. Tim. 1. v. 6. & 1. Tim. c. 4 v. 14 Presbyteros quidem veros, à quibus in pastorum sint ordinem adscripti, nisi apostatas forte dare ullos possunt: tantum abest, vt Episcopos, quibus tamen solis & a Hū. in refut. adfert. Posn. de Vocat. Min. 5. diuinæ tabulæ, & Conciliorum decreta, & PP. perpetuus sensus ac consensus in sacrorum hominum ordinem allegendi alios, potestatem attribuunt.

AC sacras quidem literas si inspiciam, Aaronem & filios eius Moyses initiauit b sacerdos ipse c & Pontifex; d Apostolos ipse Dominus Episcopus a nimarum nostrarum, e Barnabam & Paulum inter ceteros Lucius g Cyreneus, Episcopus Laodiceæ: h Timotheū Paulus Apostolus cum presbyterio: i id est vt Chrysof. explicat, & Theodoret. & Oecumen. & Theophylact. k Episcoporum cœtu: idem cum Barnabā l Lystræ, Iconiæ & Antiochiæ presbyteros. Episcopo porrò dictum est, Manus nemini citò imponeris: m Episcopo item Huius te gratia reliqui Crete, vt constituas per ciuitates Presbyteros: n denique tantum abest, vt ab alio quàm Episcopo creati pastores legantur, vt ne Diaconi quidem nisi ab Apostolis consecrati commemorentur. o

Concilia verò conceptis id verbis sanciunt. Presbyter, inquit Canon Apostolorū, ab vno Episcopo

- b Leu. 8. v. 6. & c.
 c Psal. 98. v. 6.
 d Exod. 29. & 40.
 Leu. 8. Philo lib. 3. extremo de vita Moys. August. enar. Psal. 98.
 e 1. Pet. 2. v. 25.
 g Act. 13. v. 1.
 h Doroth. in Synops. de 72. disc.
 i 2. ad Tim. c. 1. v. 6.
 k In cō. 1. ad Tim. 4.
 l Act. 14. v. 22.
 m 1. Tim. 5. v. 22.
 n ad Tit. c. 1. v. 5.
 o Act. c. 6. v. 3.

p Can. Apost. 2.
q Can. 4.
r Possid. in Vit.
Aug. c. 5.
s In Resp. ad rat.
Campiā.
t Can. 4 & 17.
u Calu. 4. Inst.
c. 9. § 8.

po ordinetur: p & idem concilium Chartaginense
tertium q cui D. etiam Augustinus r interfuit, quē
suū, quantus quant⁹ est, diserte VVittakerus s ait, res
ligiosè semper obseruatum fuisse docet. Nicēnum au-
tem I. Oecumenicum maximum & celeberrimum e
quod ipsi etiam aduersarij iactant recipere, u vt cæ-
tera taceam præcipit.

8.

n lib. 8. const. c. 24.
x Hæres. 75.
y Ep. 4. de Chorep.
z Com. in 3 & 4
c ep. ad Tim. 1.
a In bre. coll. 3. c. 5.
b Lib. de dign. sa-
cerd. c. 5.
c In vita Aug. c. 5.
d Hier. ep. ad Euag.
e Sad. in refut.
Thes. Posn. c. 10.

Patres autem propemodum superuacaneum sit ad-
ducere. Manifestum est hoc velle. Cum ordinas
Presbyterum, inquit Clemens, u ô Episcopo, ma-
num super caput presbyteri ipse impone, ad assistenti-
bus tibi Diaconis: & Epiphani. x Episcoporum ordo
patrum generator est: quibus vno ore y Damasc.
Chrysof. Theophylact. z Augustinus etiam, a Anis-
brofius, b Possidius, c & ipse Hieronym. d adstis-
pultur, quem ad suas tamen aduocare partes impu-
denter audent aduersarij. e

9.

f Calu. Inst. lib.
4 c. 3. § 14. & 16.
g Hun. cō. Artu.
de vo. refu. thes. 1.
h Stapleton. Prin.
Eid. lib. 5. c. 15.

Nescio accenserine mereatur his tam sanctis Viris
Caluin⁹; sed is tamē apertè à nobis est. Solos enim
ille pastores (per hos Episcopos intelligit) ministris
(presbyteros hos esse vult,) imponere manus legitimè
prætoria q. autoritate decernit. f Praxis autē Euan-
gelicorum omnium, qui Superintendentibus hoc suis
tantū, (Episcopos autem eos esse falso volunt) licere
aiunt, g perspicuè confirmat: & viderunt certè suo-
rum Superintendentiū, nullas esse ordinationes prin-
cipes Protestantes, qui in comitijs Imperialib. vt Sini-
stris suis man⁹ Catholici Episcopi Misnēsis & Naum-
burgēsis imponerēt, diu frustra cōtenderunt. h

Vc-

Vehementer hoc percellit argumentum aduersari-
os, & nihil ad eò, quod respondeant, habent. Quã
obrem Sadeel ^h vt facillè desperatū hominē & deposi-
tū & ad ostiū iā admotū agnoscas, eò descendit, vt as-
seuerare non vereatur, licitum esse interdū præscripta
Apostolica violare: quem vnico loco Apostoli con-
sentum esse meritò iubem², anathema ⁱ dicente etiam
Angelo, qui aliud, quam quod, euangelizarunt Apo-
stoli, euangelizar².

^h Sadeel cō. ad
fert. P. Ofn. cap. 10.

ⁱ ad Gal. c. 1. §. 8.
& 9.

11.

Illud enim friuolum est omninò, & plus quam futile,
quod idem ^k cum Plessæ ^l cōmiscitur, à Luthe-
ro & Cinglio Presbyteris (nam Caluini iam olim
puditum est: qui vix in clero quidem numeratus
fuit) rectè in Pastorum esse ministros, & Ecclesiæ
Ephororū relatos ordinem, eò quod nihil discrimines
tur quicquam ab Episcopo Presbyter. ^m

^k Sadeel ibid.

^l Plessæ in lib de
Eccle.

^m Cal. 4. Inst. c.

4. § 2. Kēnit in exā:
Sess. 23. cōcil. Tridē.

12.

NAM frustrā imprimis ad hos duos confugiunt, à
Catholicis quippe Episcopis sacris ordinibus in-
auguratos; quorum ordinationes nihil aliud eis quàm
merum ludibriū, ⁿ nec magis raræ quàm olim Apo-
stolicis temporibus Annæ & Caiphæ Pontificum lu-
dæorum. ^o Id quod ipsū testatum Geheñense cōsistor-
ium fecit, cum Trecensem & Niuernensem Episco-
pos, è Gallia Geneuam profugos, quod caractere be-
stie Romanæ (hi enim sunt flosculi quib. Romanum
Pontificem homines modesti conspergunt) insigniti

ⁿ Caluin 4. Inst.

c. 5. § 3.

^o Kemnit. in e-
xam. Cōcil. Tridēt.
Disp. de Sacra. Ord.

p Hū in exd. od.
refu. theſ Poſn. de
voct.

q Lannoy in re.
plic. Chriſt. lib. 2
c. 17. § 13.

r Aug. hæres. 50.
ſ Epiph. hæres. 73

effent, p nullā prius attingere partem Eccleſiaſticae
functionis voluit, quam nouo Gehenneniſis Euangelij
ritu profanarentur. 9

13.

DEinde æqualem eſſe Epifcopo Presbyterum Au-
guſtino teſte r Aërij hæreſis eſt: cui vt Epiph. c lo-
quitur, ſermo erat magis furioſus quàm humanæ con-
ditionis. Dicebat quippe. Quid eſt Epifcopus ad
Presbyterum? Nihil hic differt ab illo. Vnus eſt enim
ordo & vnus honor, planè vt Proteſtantiſtæ audire ex-
iſtimites, ante annos 1200. rectè anathemate percuſſa.

14.

EXplorata ſiquidem Veritas eſt & certa, ab Apoſto-
lorum vsq; ad nos tempore propagata, cum Ordini-
ſtum Iuriſdictionis, vt vocant, poteſtate, lure etiā
diuino antiſtare Epifcopum Presbytero.

15.

DE Ordinis poteſtate, quantum ad ſacras attinet li-
teras, è ſuperioribus id conſtat: et vel inde ad Epi-
ſcopum pertinere lure diuino liquet, quod perpetuò
irritum fuit habitum, ſi quid circà eam quando, qui in
Epifcoporum non erant numero, attentaffent.

16.

r Cōc. Antioch. c. 9.
u Ancyr. can. 12.
x Hiſp. 2. can 5.

NAM & Concilium r Antiochenum & Ancyranū
u diſerte ab Ordinatione presbyteros remouēt,
& Hiſpalenſe x 2. ante 100. annos conſecrationem
presbyteri factam per impositionem quidem manus
Epifcopi, cæterum presbytero, vt loquuntur, benedi-
cente.

cente non consecrationis titulum, sed ignominiae vocavit elogium: PP. autem ad vnum affirmant omnes. Filios Ecclesiae, inquit Epiph. y generare per lauacri generationem presbyterorum est, non Patres per ordinationem. Quid facit Episcopus, inquit Hieronymus, z quod non faciat Presbyter excepta ordinatione? Quo pacto, inquit Athanasius, a Presbyter Ischyrae aut quo tandem auctore institutus? Numquid à Colytha? Id enim restat. Atqui Colythum in gradu Presbyterij mortuum constat: & similia Damascus b habet, & Gregorius III. c & S. Leo d & Graeci: Chrysof. Theodoret. Theophylactus, Oecumenius e & alij.

I 7+

Iurisdictione autem qui exequant Episcopo Presbyterum, eos vetus imprimis testamentum refutat, quod solis Pontificibus, etiam Caluino f teste, quibus Episcopi nostri, non autem Sacerdotibus, quibus nostri Presbyteri, aut Leuitis, quibus Diaconi quoad hoc comparati sunt, g Iurisdictionem tribuit: h refutat Christus i qui 12. Apostolis, quibus Episcopi nostri, à 72. discipulis, quibus presbyteri succedunt, k dignitate seiunxit: refutat Apostolus, qui iudicem Presbyteri Episcopum constituit. Aduersus presbyterum, ait, accusationem noli recipere nisi sub duobus aut tribus testibus: l refutat Ignatius m Apostolorum, & Dionys. Areopagita Pauli discipulus n & Clemens Ignatij æqualis, o & vel hoc solum suadere potest iure diuino præesse Episcopum Presbytero, quod principium alterius institutionis post Apostolica tempora nullum penitus reperitur.

f Calib. 4. inf. c. 6. § 2
g Damas. ep. de Chor. 3. Hier. ep. ad Euag. 85. Leo ep. 88. Cōcil. Hispal. 2. can. 7.
h Deut. c. 17. v. 12.
i Luc. 6 & 10.
k Sic Paciā. ep. 1. ad Sympr. Ambro. c. 4. ad Eph. Au. in ps. 44. Leo ep. 88. Anac. ep. 2
l 1. ad Tim. 5. v. 19.
m Ep. ad Philadel. n. c. 5. Eccl. Hierar.
o In can. Apost. can. 40.

15. Adde

q adfert. seu theſ 7

r can. Apoſt. 1.

s can. 4.

t can. 12.

u can. 39.

x can. 2.

y can. 4.

z. Lb. 8. cōſt. c. 14

a epi. 2.

b In breu. collat.

3. die. c. 3.

c Cal. 4. Inſt. c. 14.

¶ 12. 13. 14.

d Iuell. in defenſ.

p Hun. in reſu. theſ.

4. Poſn. de. voc.

q In ep. ad Herbrā.

quadam.

Adde quod alia Presbyteri, alia Episcopi consecra-
tio, luce meridiana arguit clarius, distinctum esse à
Presbytero Episcopum. Presbyter ab vno Episcopo
ordinetur, inquit canon Apostolorum, de quo sup. q
Episcopus à duobus aut tribus Episcopis r & idem
Concilium Nicænum s & Carthaginense 2. t 3. u
4. x & 6. y Clemens z prætereà, & Anacletus a &
August. b obseruandū præcipiunt: Calvinus c fate-
tur. Anglicana etiā Ecclesia recte obseruare se glo-
riatur, d

Apol. Ang. pag. 15.

I 9.

Quod porrò Hunnius adfert, p clamosi Fabri, vt
Reuerendissimus cum & Clarissimus Pistorius
q appellat, clamosissimus filius, Vocationem solam, id
est missionem, ad Pastoris omnibus absoluti numeris
honorem sufficere, illo superiori, nescio an futilius, im-
peritius certè est multò & ineptius.

20.

QVippe & diuinis literis illud contradicit, quæ
Paulum atq; Barnabam vocatos & electos; r eos
rundemq; discipulos, Titum s ac Timotheum, t ex-
ternâ tamen impositionis manuum. cerimonia in Epi-
scopos esse atq; Presbyteros promotos, comme-
morant; & nullo vel leuissimo antiquitatis testimo-
nio probari potest, vnquam Episcopos aut Presbyte-
ros existimatos eos, qui cum Vocatione consecratio-
nis quoq; titulum non coniunxissent.

21.

Nempe & Concilia hoc sacra præscribunt, Nicæ-
num, u Chalcedonense x Sardicense, y Antio-
che-

r Act. 13. v. 4.

s Ad Tit. 1. v. 5.

t 11. ad Tim. 4. v. 14.

u can. 4. & 17.

x cap. 6.

y can. 13. & 2.

ochenum, z Carthaginense quartum a & alia plu- z can. 10.
 rima: & Patrestradunt vniuersi, Ignatius, b Dionys^a can. 2.
 Areopagita, c Tertullianus, d Cyprianus, e Da^b ep. ad Antioch.
 masus, f Hieronymus, g Epiphanius, h Ambrosi^c c 4Ecl. Hier. ar. &
 Augustinus, k Chrysofomus, l Leo, m Isidorus, n d Lib. de præscrip,
 Gregorius, o Theophylact^e, Oecumeni^e p & reliqui e Lib. 1 ep 1. & lib.
 4. ep. 2.

f Dam. epist. 4. g Dialog. cont. Lucifer, & ep. ad Euagr. h hæres.
 75. i in cap. 12. 1. ad Corinth. k lib. 2. cont. Parmen. c 13. & lib de bap.
 cont. Donatist. c. 1. l lib. 3. de Sacerdot. & in 1. Tim. 4. et 5. & ad Tit. 1. m. ep.
 81. n lib. 2. de offic. Ecclesiast. c. 7. o. in cap. 13. 1 Reg. & lib. 4 epist. 52.
 p com. in 1. ad Tim. c. 4.

22.

EX quibus omnibus illud efficitur, licet à missione
 essent legitimâ instructissimi Ministri, quod ab Or- c Caluin. lib. 4.
 dinatione tamen sunt destituti, in pastoribus minimè
 esse censendos. Cæterum & ipsam eorum missionem,
 sine quâ tamen irritum esse omnem docendi laborem,
 vtrò largiuntur ipsi, e esse nullam ostendendum est. Inst. c. 3. § 10.
 Luth. in ep. ad
 Gal. c 1. & Rom.
 5. Ienenf Germã.
 491. Beza ep. 6.
 pag. 46.

23.

ID quod ipsi non ignorant. Quò fit, vt ad Tigellij illi^d
 Horatiani instar d — quo nil fuit vnquam
 Sic impar sibi — pro eâ nunc missione suâ in
 celum ipsum subtrili euolent alâ: nunc è medijs eam d Horat. Sat. 3. li. 1.
 pullatorum circulis, à fricti ciceris & nucis emptoris
 bus emendicent: mox in Ecclesiarum exedris: paulò
 momento in principum Augustalibus venentur.

24.

ET verò nemini esse dubium potest, qui fundum is
 pforum & fundamentum Lutherum & Cinglium
 nouerit. Quid enim? Qualis Magistorum talis disci- e Luth. in præfat.
 pulorum sit missio necesse est. Lutherum autem, & Tom 1. Witteb.
 idē de Cinglio dic. quis misit qui totum orbē magno,
 scelere nouæ disciplinæ factione cōmisit? Solutus inquit
 ipse e eram initio: quasi dicat. Honorem ipse mihi
 B sumz

g Cyp. lib. de simp. sumpsi, nihil Aaronem moratus: f vltro apud tene-
p. gla. seu ut rectis rarios conuenas sine diuinâ me dispositione præfeci:
ali legunt, de v. 8 nouam Ecclesiam cogi: contrâ, fidelium omnium
nt. Ecclesig. qui sunt in orbe, consensionem docui.

25.

h Luc. tō 5. in epist.
ad Gala c. 1. Beza
ep. 6 pag. 46.

i Luc. tom 5. Tenēsi
Gem fol. 444. &
159.

SED nimirū clarius, quod volum⁹, ex ipsius missionis
partibus elucescet, de quib. ita ipsimet philosophā-
tur. Geminam esse, extraordinariā vnā, quam imme-
diatam Lutherus vocat: ordinariā alteram, quam
mediatam idem appellat: alterutram qui ostendere
nequeat, hunc turbatorem & sancti legitimūq; ordinis
violatorem esse: Catilinam esse, Simonem Magū, DEI
hostem, Cadmo tradendum, Magistrum Hansonem
appellat Lutherus, i qui ab infelici eum arbore sus-
pendat: eos qui audiūt, DETERRIMVM DIABO-
LVM corporaliter audire: quæ omnia tanto proba-
mus libentius, quanto in ipsos noui Euangelij archite-
ctos Lutherum, Cinglium, Caluinum quadrant apri.

26.

VT omnia enim agant, non inuenient ramentum, quod
& statim patebit, vt ab illo sese hoc laqueo, quem ip-
si sibi iniecerunt, expediant.

k Bez. ep Theol 5.
pag. 47.

l 3 part op disput.
secūda de schism.
hunis seculi sect.
1. 2. 3. 4 5 6.

m Rom. 10. v. 15.

27.
SVnt igitur qui ad Missionem accurrūt ordinariā.
In his Beza k & Vrbanus Regius, i Frustrâ. Primū
enim Episcopum nominare nullum possunt, qui ius
docendi contrâ Ecclesiam cum Lutero comuni-
cauerit. Debebant autem necessariō si missos ordina-
riē persuadere vellent. Nempe iurisdictionem missio-
tribuit. (Quomodo enim prædicabunt nisi mittantur)
m iurisdictione autem omnis Petro & Apostolis, id est
Episco-

Episcopis tributa legitur. Petro quippe, Tibi claves
 dabo n dictū est; & Tu pasce oues meas. o Apostolis.
 Sicut misit me Pater p ita & ego mitto vos. Episco
 po. Huius te gratia reliqui Citeræ vt constituas per ci
 uitates q Presbyteros: & certe non nisi Episcopi fue
 runt, qui præferunt in Actis Apostolorum suos sin
 gulis ciuitatibus Presbyteros.

23.

Deinde obmutescere coguntur, quotiescunq; vel cū
 Oprato Mileuitano t originē suę cathedre eos red
 dere iubemus; vel cum Tertulliano t edere originem
 Ecclesiarū suarū, euoluere ordinē Episcoporū, ita per s Lib. 2. con. Parm.
 successionem ab initio decurrentem vt primus ille Ep
 piscopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, t Tertul. de præsc.
 qui ramen cum Apostolis perseverarit, auctorem has
 buerit & antecessorē. Et hoc autem illis incumberat,
 si quod cupiunt, id obtinere vellent. Nec enim mitti
 quisquam potest, si nulli succedat, à quo mittatur.

29.

Explodendus enim magis cum gregalibus quàm
 refutandus est Sadeel, u qui solius doctrinæ suc
 cessione metiendam Ecclesiam adserit: aspectabilem
 autem personarum vel nullam esse, vel nullam requiri.

30.

Quò enim tam longos nobis, vt hæreticos expuz
 gnent, SS. PP. x Episcoporum Catalogos
 neccunt, si nihil in successione personali momenti e cur
 huc Tertullianus, y huc Cyprianus, z huc Opratus
 Mileuitanus, a Epiphanius, b alij toties accurrunt.
 Ipsum autem verbi diuini semen vsq; ad messem, id est
 seculi finem, c quomodo crescere sine ministerio ho
 minum

n Mat. 16 v. 19.
 o Ioan. 21 v. 17.
 p Ioan. 20. v. 21.
 q ad Tit. 1. v. 5.
 r Act. 14. v. 22.

s Lib. 2. con. Parm.
 t Tertul. de præsc.

u Sadeel in refut.
 Adf. Posn de eccl.
 c. 9. & idē habet
 Caluin. 4. inst. c. 4.
 § 3.

x Irē li. 1. c. 43. Au.
 in ep. ad Gener.
 165.
 y Tertul. de præsc.
 x Cyp. ep. ad Mag.
 a Cyp. lib. 2. cō Par.
 b Epiph. hæres. 27.
 c Mar. 13. v. 30. & 39

d' Ibid. v. 38.
e Ephes. 4. v. 13.

minum se mutuo iugiter sequentium poterit: quomodo
do ager d' destitutus suis cultoribus non syluescet?
quomodo verum habebit illud? Dedit Doctores &
Pastores ad consummationem Sanctorum, donec omnes
occurramus in vnitatem fidei.

31.

f Math. 18. v. 17.
g Mar. 28. v. 19.
h 1. Pet. 5. v. 2.
i Ephes. 4. v. 12.
k Marc. 16. v. 15.
l Mat. 5. v. 14.
m uc. 1 v. 33.
n Ioan. 10. v. 11.

Mathematici autē & *λογισται* siue Vtropici Sacerdotes
Episcopi, quomodo esse Ecclesie regendis possunt:
Nos, illos, quod Christus iubet, quomodo adhibemus,
si deferendus ad eos frater, quem emendare nequimus?
Ethnicis per quos adiutus ad Ecclesiam patebit, qui
in noua lege patet semper? Illi, quomodo pascent
quod in ipsis habet gregem Domini: quomodo semper
ædificabunt corpus Christi: quomodo prædicabunt
Euangelium omni creature? Ecclesia vero quomodo
ciuitas erit sine 1 Pastore ad spectabili: regnum sine
principe, ouile sine pastore?

32.

Accedit huc quod stare regnum Nimrodus siue
Genuensis, siue VVittembergensis nullo potest modo
quamdiu illi vocationi ordinariæ.

33.

o Cingl. tom 1 in
explicat. art 50 et
in Antibol 196.
Calu. passim in
Harm. in Euang.
Math. 19. Reg.
op. Par. 1. in Car-
tech. min.
p Epiph. hære 75.
q Optat. lib. 2. cõt.
Parmen.
r Pacia. ep. ad Symp.

Si enim legitimam potestatem [& hanc prætexunt]
à Romanâ [& hoc volunt, quos citauimus] acceperunt
Ecclesiam: ea autem, & quæ cum illâ vinculo
quodam communi colligata est, potestas remittendi et
retinendi peccata & administrandi Sacramenta, vel ipsis
eorum antesignanis testibus, soli veræ Ecclesie est
data, & extra eam non reperitur: o Synagoga eorum
quæ à Romanâ dissidet Ecclesia, an non hæc ipso Aeri
spelun?

spelūca p erit, aut pestilentie cathedra, q ipsi autē Si-
nistri nonne insolens aliqua portiuncula, tubercq, vt
sacer Pacianus r loquitur, collectum, & vomica à reli-
quo corpore separata.

p Epiph. hær. 75.
q Opt. li. 2. cō. Par
r Pacia ep. ad Sym-
pro.

34.

Romanum autem Pontificem, Romanam Ecclesiā,
quo ore Antichristum, Antichristi Synagogam
appellant: Ipsi verò inter Antichristi milites, & triari-
os quidem, quomodo non ducent familiam? qui quam
in Ecclesiā exercent gratiam ab Antichristo omnem
hauserunt: nisi fortè, vt miriones sunt inter Philoso-
fophos, apud eos est à tenebris lucem mutuari, à lapide
humorem.

35.

Deniq; à Romanā Ecclesiā ad docendū munus ad-
moti, cur eidem Orgijs illis suis iam olim interdi-
centi non obtemperāt; & cuius in largiendo agnoscūt
auctoritatem, in restringendo non concedunt:

36.

A Deò, vt penitus non videam, quid in mentem illis
venerit, ordinariam missionem prætere, quā
saluā salui esse ipsi nunquā possunt. Quò & missā illā ad
eam quæ restat eo, extraordinariam vt illi vocant
missionem, vt ego interpretor Apostasiam siue de-
mentiam: ad quam tanquam ad sacram anchoram
Lutherus, si Dijs placer, Euangelista VVittebergensis,
f vitimus seculi Elias t cum Caluino u confugit.

i Luth. in epi. ad
Argent. tom. 7.
& tom 2. cō falsò
nominatū ordi-
nem Episcop.
t Illyr. in c. 10 Apoc.
v. 10. & c. 11. v. 4.
u Cal. li. 4. inst. c. 3.
J 4.

37.

Hanc igitur nullam esse apud eos fundamentum
Himprimis, cui eā superstruunt, conuincit, quod est,
Christi Ecclesiam ita aliquando deficere, vt exterior
illius status labefactetur profus & concidat. x Nullo
enim hoc negocio subruitur. Et Donatisticū enim est,

x Sadeel ad y. adf.
Posn. de eccl. c. 9.
Cal. ep. ad Sadol.
& inst. li. 4. c. 2. §
4. & de vera Ec-
clæ, refor. rat. 463

- y Aug. lib. 5. de Baptis cō. Donat. et li. 3. con. Parm.
 z Aug. ibid: & Hil. lib. de Synod. cō. Arrian. ppe fin.
 a Mat. 13. v. 19.
 b Matth. 13. v. 30. & 39.
 c Mat. 5. v. 14.
 d Ephe. 4. v. 12.
 e Luc. 1. v. 33.
 f Psal. 109. v. 4.
 g Dan. 2. v. 44.

- h Hedelberg in c. 6. Admon. ad lib. Concordiæ.
 i Luth. in pref. cō. 1.
 k Hedelberg. ibid.

- l Deuter. 17. v. 6.
 m Mat. 18. v. 6.
 n Ioan. 5. v. 39.

- o Hun. in ref. thes. 12. Posn. de Voc.
 p Illyr. in cap. 10. & 11. Apocalyps.

y & à PP. ineptissimum semper habitum: z & verò in faciem sacris literis contradicit. a De Ecclesiâ dictū est: Portæ inferorum non præualebunt aduersus eam. Non potest abscondi ciuitas super montem posita: b Semen in agro crescere oportet vsq; ad messem: c Dedit Doctores & Pastores donec omnes occurrat ramus in vnitatem fidei. d De Christo, Regni eius non erit finis: e Tu es Sacerdos in æternum: f Suscitabit DEVS Regnum quod in æternum nō dissipabitur. 8

38.

ET ipsi non grauatè Euangelici fatentur, Lutherum, à quo tamen omnis ille malè conciliatorū hominum grex pendet, nec Prophetam fuisse nec Apostolum: h Lutherus autē, quorū neutrū certè in aliquem extra ordinem missum competit; & errasse post missionem suam non it inficias, i adeoq; Hedelbergenses longo catalogo testantur: k & ab omni Ecclesiâ Christianâ segregans, nouam Synagogam primus, vt manifestum est, crexit.

39.

QVid? quod I nullo testimonio diuino humano, qd Lex tamen iubet, Euangelium confirmat, m Christus fecit, n &, cum nemo non iactare instinctum aliàs diuinum possit, ratio suadet: nullo miraculo missionē suam vnquam Lutherus, Cinglius, Caluinus firmavit.

40.

QVÆ enim ē diuinis literis Hunnius o adfert, & Illyricus p adducit, [nam Hussum libenter valere iubemus; cuius illud proceribus Constantiensis Concilij]

cilij dictum, Post 100. annos reddetis rationem Deo & mihi, non vaticinium magis est, quàm illud Xerxis lacrumantis, quod è toto suo exercitu centum annos nemo esset superuicturus. Ita sunt friuola, vt risu excitando, non firmande rei videantur collecta. Quælia enim sunt illa? Antichristus sine manibus contentendus legitur q id est, à Lutherò. Antichristum interficiet Dominus IESVS spiritu oris sui, & id est, Euangelio Lutheri. Vidi Angelum volantem per medium cœli: s & vidi Angelum clamantem cecidit, cecidit, t Babylon: id est Lutherum. Elias veniet & restituet omnia u id est Lutherus. Quorum primum nullibi in Scripturâ extat: alia Papam esse Antichristum falsò sumunt: illud de vltimo Eliâ præterquam quod ipse Caluinus reijcit, qui spolia illa Eliæ haud obscure sibi vendicat, x geminum prorsus illi Alcorani est, Prophetam de gente tuâ & fratrib. tuis suscitabit tibi Dominus, id est Mahometem: y vt & alterum, Spiritus oris IESV id est, Euangelium Lutheri, illi eiusdem, Granum coniectum in terram & multiplicem ferens fructum, id est doctrina Mahumetis: z omnia verò non de Lutherò magis aut Cinglio, quàm Lutheri coquo Ionaloquuntur: & multo rectius stella de cœlo cadens a quàm Angelus per medium cœli volans Lutherus creditur. b

q Citat. Hū. Dani. 2.
 r 2. Thes. 2. v. 8.
 s Apoc. c. 12. v. 6.
 t Apoc. c. 18. v. 9.
 u Mat. 17. v. 10.
 x Calu. admo. 3. & Westpha. p. 1147.
 y Azoar. 2. & 71.
 z Azoar. 58.
 a Apoc. c. 9 v. 1.
 b Bellarm. in orat. addita 3. Tomo

41.

NEC verò video, si testimoniorum esse vicem Scripturæ hæ Lutheri possunt asseclis, cur non miraculorum etiam quæ Lutherus ipse inter miracula ponit: c quod patefactis portis è monasterio se suasore Catharina illius pfugit: quod eadem quarto vel quinto à nuptijs die mater, d ipse heri Monach⁹, hodie:

c Sur. in hist. anno 1524.
 d Eras. Roterod. in ep. ad Dani. Mauch.

e Staphyl. in defcs.
 absol. ad p. Smid.
 f Luth. in lib. de
 Miss. priu.
 g Bredenbach. col.
 li. 7. c. 39.
 h Cingl. i n lib. de
 subsid. Missæ.
 i Bolsec in vit. Cal.

hodie Sponsus, cras maritus, perendie Pater: quod
 Dæmonem, quo liberare puellam Misniacam voluit,
 in tantas redegit angustias scilicet, vt perfractis securi
 foribus sacrarij, explorare fugam necesse habuerit ipse:
 e quod Dæmon ei aspectabili forma se visendum ex-
 hibuit, argumentis in Catholicos armavit: f quod fu-
 nus eius Islebio V Vittebergam vsq; magno agmine
 corui psequuti sūt, qd 8 Cinglio monitor ἀπομυχανς
 quem ater an albus fuerit, nihil sciuit ipse, per quietem
 Doctor adstritit: h quod Caluinus his omnib; illustris-
 or, è viuo Brulæo facere mortuum potuit. i

k Beza in conuēt.
 Pofsta. & Vol. 3.
 pag. 146.
 l Ca. inst. li. 1. c. 7.
 m Sadeel. in refut.
 adf. Pofn. de eccl.
 c. 10.
 Cal. lib. de Scand.
 pag. 146.
 n Lut. tō. 4. in Isaia
 c. 35.
 o Sadeel. cont. adf.
 Pofn. de eccl. c. 10.
 P Exod. 4. v. 1
 q Ioan. 36. v. 6. &
 15. v. 24.
 r Marc. 16. v. 20.
 s Cal. in ep. ad Heb.
 c. 2. v. 4.
 t Melancton in Cap.
 3. Matth.
 u Mar. in lo. 38. 41.
 x Sleidā lib. 5. hist.
 y Cingl. tō. 2. eccl.
 fol. 52. 53. 54.
 z Azoar. 17.

42.

Am quæ ad miraculorum respondetur postulatio-
 nem l. N. Sacræ vocationi probandæ esse necessaria,
 II. his non egere cum nouam non ædificent Ec-
 clesiam I nouā non p mulgent legem. m III. omnia
 ab orbe condito sibi patrocinari. IIII. spiritua-
 libus saltem non carere n quale illud, quod verbo
 DEI armati magno cum successu in Rom. impetum
 Pontif. fecere, nihilo sunt firmiora. o I. Siquidem
 præterquā quod Moyfes, & Prophetæ p refellunt, qd
 Christus, qui ad opera sua q Iudæos ablegat: quod A-
 postoli, qui profecti prædicauerunt Domino coope-
 rante & sermonem confirmanteseqq. signis: r reijci-
 unt etiam Caluin, qui doctrinæ sigilla appellat mira-
 cula: s Martyr, qui constabiliri ijs fidem & scripturā:
 t Melancton, qui semper adiungi Doctoribus nouis
 à Deo docet: u Lutherus qui representare Munces-
 rū iubet: x Cinglis qui Corç & Dathanis imitatores
 eos vult, quicunq; ijs desituti docendi sibi contra cō-
 suetos Ecclesię ritus sumunt y prouiciam: alterū
 præterquam quod ex Alcorano totidem prope verbis
 exscri-

exscriptū est, ⁊ & experiētia falsū clamat: III. & IV. ⁊ Azoar. 17.
nō Lutheran⁹ sibi magis aut Calvinian⁹, quā Familian⁹
aut Anabaptista, imō Mahumetan⁹ poti⁹ vsurpauerit.

43.

Quare missum a DEO Lutherum iactare desinent,
si sapiūt, nisi DEVM fortē ventrem^a intelligunt,
& verum est, cruciauit Syrum illū V Vittebergensem
b bolum [indulgentiarū intellige præconium] tantū
tam subito sibi è faucibus ereptum, aut DEVM huius
seculi c & disertē magistrum Martinus præfert, fa-
miliarem, inambulonem, præ Catharina concubinū
d & concurrunt signa multa, quæ rem certam faciant,
siue quod ipsi hoc aliquando conscientia expressit,
non propter DEVM rem hanc esse cæptam: e siue
quod Pontificis odio, & aurē popularis spe: quod te-
merè & casu & per imprudentiam ingressum in has
contouersias quod nesciuisse quid esset quod doceret:
f quod reluctante conscientia annos totos decem per-
stitisse in sententia, g quod DEVM odisse, h Deo
i nō credere i de seipso non vanè opinor perhibet: alia
haber, quæ ad longum apud Arturum videre est. k

a Philp. 3. v. 19.
b Luth. in præf. tō 6.
c 2. Cor. 4. v. 4.
d Lib. de Miss. priu.
& in ser. Contiuu.
e Luth. in colloq.
Lips. teste H. Ems.
qui ex ore eius au-
disse refert.
f Luth. in præfat.
tom. 1.
g Luth. in lib. de
seru. arb.
h Luth. in præfat.
Tom. 1.
i Luth. in com. in
Genes. de Noe.
k Art. lib. de Eccl. 3.
c. 30.

44.

Superest cum ab ordinatione Ministros verbi Calui-
Sniani, & Vocatione dei ecerimus, ab electione eos-
dem deturbem⁹, in qua Beza I omne suæ causæ præsi-
dium collocat. Electi sumus, inquit, cum suis symmi-
stis in conuent. Possiac & confirmati suffragijs Eccle-
siarum nostrarū, quæ vno ore ministeriū nostrum ap-
probarunt: & Musc. m cum Ecclesia Anglicanā tota.
A legitimo Magistratu ministri constituti, securè ait.
Pontificiorum latratus contemnimus.

I Vid. stat. Relig. in
Gall sub Carol. 9.
lib. 3. fol. 133.
m Musc. in loc. cō.
c. de Ministr. ver.

er

45.

ID nullo negotio faciemus, quanquam si daremus res
atè:

n thes. 27.

Et atq; ordine electos esse, pastores tamen neutiquam essent, à jurisdictione quippe, quæ à solâ, vt ostēdim⁹, n missionē pender, inanes.

46.

o Leu. 8. v 6. et seqq

p Ioan. 20. v. 23.

r Luc. 6. v 13.

f Luc. 10. v. 1

t C. in com.

Ac.

u Au. ep. 225

Ruff. li. 11. c. 11.

c. 11.

x Chrysof. li. 3. de sacerdot.

y can. 13.

z can. 3.

a can. 28.

b ep. 85 ad Euagr.

Necq; enim diuino iure vnquã electio pastorũ populo aut magistratui conuenit quã in veteri testamēto, remoto omni multitudinis siue cōsilio siue cōsensu Moyses exercuit: o in nouo Christus in Apostolos solos transfudit, cum ad eum prorsus illos modum misit, quo ipsum Pater, p hoc est eandem Ecclesiæ gubernandæ ijs potestate contulit, quã ipse, qui certe 12. Apostolos x & 72. discipulos i sine plebis vllō suffragio elegit, eam gubernauit: Apostoli autem cum ad abientes miserunt Episcopos, necessariò vsurparunt: & quicquid olim hac in re popul⁹ de indulgentia Pontificum potuit, t id totũ ab eo ante ānos 1000. & res cōsequens, ob incommoda, quæ popularem electionem consequuntur, tumultus ac seditiones, u peiorum vt plurimum electiones x &c. testibus Concilijs Laodiceno y primo, Nicæno secundo z & Constantino-politano a quarto, S. quoq; Hieronymo b &c. ablatum est.

47.

c Cypr. lib. 1. ep. 4.

d Musc. in loc. de Minst.

e Inst. lib. 4. c. 4. S. 1. &c.

f Act. 6. v. 3.

Accedit huc I. quod illud, quicquid est, quod in electis ane Pastorum populo tributum fuit, non suffragi in primitiuã Ecclesiã, sed consensus tantum & testimoni locũ habuit: vt quẽadmodũ D. Cypr. loquitur, e quẽ tamẽ totũ sibi hac in re Musculus d & Calvin⁹ e v ed cãt, plebe præsentē vel malorum detegerẽtur crimina, vel bonorum prædicarentur merita: id quod ex ipsa S. Stephani electione manifestum est, vbi quæ fuerit electio populi, illa fat verba ostendunt, Considerate viros boni testimoni: f quod testimonium etiam nunc, vt in Pontificali videre est, & norunt qui sacris Ordinibus ini-

b^o initiatur, nō inuiri antistites nostri populo cōcedūt. g
 11. χαροτία in quo verbo magnos aduersarij fu- h
 mos excitāt in actibus & popularem manuū eleuatio- i
 nem, nisi ipsi Paalus & Barnabas, qui ibi χαροτίασεντες
 dicuntur. de populo censeantur, nullo modo sonare
 potest: & apud D. Apostolum h cum Barnabam dicit
 χαροτίασεντα ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν ordinationē Episco-
 porum, [pro qua etiā P P. χαροτίασιν sumūt] vt ex
 actib. k patet, necessariō significat.

Act. 14. v. 22.
 h 2. Cor. 9. v. 19.
 i Hieron. in com in
 c. 38. Isa. Theo-
 doret. Theophy.
 Chrysoft. ad 2.
 Cor. c. 8.

48.

Quid si a. aliquid vnquam vel à veteris vel noui
 Testamenti Regib. circa electionē aut deiectionē Cleri
 tentatū est: in quib^o Iosapharū, l & Iosia m et Solomo-
 nē n ponit Huñius: o id ab ijs vel quā Propherę fue-
 runt, vel de consilio summorū sacerdotū & Episcopos
 rum tentatum est: vel certē confirmatio tantum fuit
 eorū, qui verē sacerdotes fuerūt: pēna eorū, qui heretici.

k 2. Paral. 19. v. 8.
 m 4. Reg. c. 23. v. 20.
 n 4. Reg. c. 2. v. 27.
 o Hun. in refu. thes.
 Posn. de voc. 17.

49.

Quid? quod qualis qualis sit tandē populi et Magistra-
 rus electio, & quicquid ad Pastoriciū mun^o conse-
 rat. prætexere tamen illā nullo modo Lutherus, Cin-
 glius, Caluinus possunt: qui ante longe prauā suā do-
 ctina magistratum & populum imbuerunt, quā illis
 eligere eos vel per somnium in mentem venerat.

50.

QVæ omnia cum ita sint, Ministri quidem seipfos
 explorabunt, si sapiunt, an non ij sint, qui sunt certē,
 qui aliunde in ouile nō p ostiū ingressi, latrones à Chri-
 sto & fures audiunt: n quibus verò suis fumis hacten^o
 oculos perstrinxerunt, diligenter dispicient, ne dum
 eos, qui pascant, quærunt, in illos incidant, &
 inciderunt profectò, qui mactent, & perdant.

Hæc

n Ibid. v. 30.

o Hæc mea breuiter est & Catholica de Vocatione Ministrorum Euangelicorum sententia, ex quâ auctas rij loco, amicitia pristina ergo hæc, quæ apophoretorum vicem, seu Synodalis, si placet, strenz, suis domû asportare Dalilis DD. Ministri poterunt, deduco.

COROLLARIA.

I.

p Ephes. 4. v. 12.
p Cypr. ep. ad Pup.
Hier. Dialog. ad
vers. Lucifer.
Act. c. 19. v. 34.

Cvm Ecclesiæ Pastores DEVS dederit, & Doctores vsq; ad consummationem seculi: p et cum Plebs Ecclesiæ sit iuxta D. Cyprianû, q Episcopo adunata: secundû D. Hieronymû autè * Ecclesiæ omninò non sit quæ Sacerdotes nõ habet, Euangelicos, qui his carent, Ecclesiam, nisi illam Dianæ forte Ephesiæ, ei similem quam in actib. legitimam gentilis vocat Scriba, & habere nullam.

2.

it Rom. 10. v. 17.

Eandem ob causam noui Euangelij Tritones nullam conseruauerunt, verbum DE I explicandi habere potestatem. Quomodo enim predicabunt nisi mittantur. t

3.


Proverb. 4.

Cœnam ipsorum, Baptismum excipio, nil nisi inanem & nudam esse cerimoniam, & quoddam q. Cynicorum aliquot Symposiu. panem impietatis, vt Solomo appellat, & vinum iniquitatis: Proinde eos rectissimè affirmare Christum ei presentem non adesse.

LAVS DEO ET VIRGINI MATRI.



9231
4



2430

9231

4

